

112 Statutorum Pars IV. Cap. X.

cio posse, affectu tamen paterno per viscera misericordiae Dei nostri offensos hujusmodi hortatur, & monet, ut quid ejusdem Domini Ministros, ac vere Charitatis, quæ patiens, & benigna est, sectatores deceat, ad pusillorum exemplum, & ædificationem attendant, atque adeo quilibet sibi ipsis illatas injurias, in ejus, qui pro totius generis humani culpis satisfecit, quique nobis ipsum quotidie offendentibus clementissime parcit, amorem, & gratiam alijs remittant, pro quorum, aliorumque in præmissis necessarij dispoſitione, & effectu eadem Synodus Præsidenti, & Capitulo conscientias onerat, ut sublati omnino diſſensionibus, & scandalis, quæ ad Dei obsequium, & Divini Cultus augmentum expedire judicaverint, provideant. Idemque Præsidentem in Cápitulo, quam alibi Præbendaros a durioribus verbis, & manuum motibus, unde plura ex præmissis absurdâ nascuntur, abstinere jubeat, ac pertinaces, si opus fuerit, mulctari faciat.

§. III.

Q UÆ omnia, & singula, ut præfertur, statuta hæc Sancta Provincialis Mexicana Synodus, ab omnibus Cathedralibus bujus Archiepiscopatus, & Provinciæ Præbendatis observari, illaque, & multas in eis contentas, a Præsidentibus, & Capitulis debite executioni mandari, ac Cærimoniale similiiter ordinatum, & eidem statutis insertum recipi, & exercitari, præcipit, injungit, & mandat. In quorum fidem has Litteras assistentium, eidem Synodo Patrum nominibus munitas sigillari fecit. Mexici in

Aula

Statutorum Pars IV. Cap. X.

113

Aula Synodali, decimo septimo Kalendas Novembris. Anno Domini millesimo, quingentesimo, octagesimo quinto.

P. Archiepiscopus Mexicanus. Fr. G. Episcopus Guatimalensis.

Fr. Joannes Episcopus Mechoacanensis. D. Episcopus Tlaxcalensis.

Fr. Gregorius Episcopus Tucanus. Fr. Dominicus Nova Gallitæ Episcopus.

Fr. B. Episcopus Antequerensis.

In testimonium veritatis præmissis meo nomine
subscripti.

Dr. Joannes de Salzedo.

N O S Antonius tituli Sanctis Joannis, & Pauli Presbyter Cardinalis Carrafa fidem facimus, & attestamur, statuta facta a Reverendissimo Domino Archiepiscopo Mexicano in Synodo Provinciali anno MDLXXXV. celebrata, unaque cum Synodo prædicta ad Sanctissimum Dominum N. missa a Sacra Congregatione Cardinalium Concilio Tridentino interpretando Sanctitatis suæ Autoritate Præpositorum emendata, atque aptata fuisse, eorundemque statutorum originale apud ipsam Congregacionem remansisse, cum quo hujusmodi statuta hoc libro chartarum LXXIX. quarum prima incipit Sancta Synodus Provincialis in Civitate Mexicana, ultima vero: augmentum expedire, & desinit: Doctor Joannes de Salzedo; descripta, & collata in omnibus, & per omnia concordant. In quorum fidem his propria ma-

Ff

nu

Tertiæ fuerit, & egrediatur extra Ecclesiam, amittat distributionem Missæ, si non adfuerit Evangelio. Nullus lucrari poterit obventionem Sextæ, si in Choro non fuerit præsens ad elevationem Hostiæ, & Calicis: Qui præsens Tertiæ fuerit, & cum licentia e Choro exierit, redeat ad Evangelium: Si exierit post Evangelium, redeat ante Orationes postremas Missæ, sub pena amissionis Horarum,

XXXI. Qui non adsit verbi Dei prædicationi, seu Sermoni, amittat distributiones Tertiæ, & Sextæ, & qui absuerit a Concione cum licentia Presidentis, non lucratur distributionem Tertiæ.

XXXII. Unusquisque Presbyter, seu Hebdomadarius perlegat Missam, seu Capitulum, Orationem, Evangelium, Epistolam, Lectionem, Prophetiam, ante quam eam solemniter cantet; alioquin si defectus aliquis in pronuntiatione accentus, (1) seu inversione cum altera die, & Horæ non competenti, irrepatur, amittat distributionem Horæ: Super quo conscientiam Præsidentis oneramus.

XXXIII. In Festivitatibus Domini nostri, Beatisimæ Virginis MARIE, & Apostolorum, quæ vocantur propriæ Dignitatum, (2) non concedatur licentia a primis Ve-

spe-

(1) Qui negligens est in recta pronuntiatione accentus, ita ut risum excite in Choro, non excusat secundum aliquos a peccato veniali; & cum plures lateant quedam vocabula dubia, quæ corripi, aut protrahi possint; justum est, ut ceteri non illicet insultulent, sed patienter audiante, & si forte errorem corrigere possint, ita faciant, abique socrorum dedecore.

(2) Festa prime, secundæ, & tertiae classis distinguuntur in Choro ratione majoris, aut minoris sollemnitatis, non tunc ratione Cantræ, quam etiam Dignitas Personarum, tam ad Hebdomadarium Missæ, quam ad Cappas induendas, ita ut major Festivitas respondeat

tempore à Paschate Festi usque ad Sextam alterius diei inclusiue. In Paschate Domini Nativitatis, Resurrectionis, & Pentecostes usque ad Sextam secundi diei inclusiue; nec etiam concedatur licentia Dominica Palmarum ad Processionem, nec diebus quibus Signum fit ad Vespertas, nec tribus diebus ultimis Sanctæ Hebdomadæ majoris, nec in Octava Resurrectionis, nec in Procesione ad Fontem Baptismalem; nec in vespere, die, & Octava Corporis Christi ad Vespertas, Missam, aut Processionem, & denique non concedatur licentia die Procesionis Sancti Marci, aut in Litanij. (1)

XXXIV. Post incepptam Tertiam nullus etiam cum licentia Præsidentis possit Missam privatim celebrare, & solum indulgetur, finita Sexta, & qui contra fecerit, amittat distributiones Tertiæ, & Sextæ, nisi in diebus, quibus ad Capitulum fuerit convocatum, aut causa alterius generalis negotij.

li 2

XXXV. Die:

deat etiam in Dignitatibus. Decanus in jure Canonico vocatur Archipresbyter, seu primus Presbyterorum, seu Propositus, quasi prius positus. Sublata a Concilij jurisdictione Archidiaconi, Decanus primum obtinet locum; post eum Archidiaconus titularis, ita dictus, quasi primus Diaconorum; Cantor seu Praeceptor, ita dictus, quia prius in tonat, seu canit, & Scholam cantus gubernat; etiam denominatur Primicerius, quasi scriptus primo loco in cereis Tabellis; Scholasticus, seu Magister Scholarum, seu Studiorum; Thesaurarius denique, qui in jure Sacrae, aliquoties Custos, vocatur, mirabilem in Ecclesia constituant varietatem.

(1) Rogationes, sive majores, instituta a Sancto Gregorio Magno ad avertendam a Roma pestem, & alia mala, sive minores, instituta a Mamerto, Episcopo Viennensi ad similia, & alia Dei flagello Galliarum viranda, sunt ab Ecclesia universaliter indicta ad publicas Deo Litanias, seu preces fundandas, ad omne damnum animæ, corporis, agerum, & hostium a nobis propellendum, nec non ad orandum pro Summo Pontifice, Rege, Populo, Benefactoribus, & pro universis statibus Ecclesiæ, vide Benedict. XIV. in institutionibus de Rogationibus majoribus, & Minoribus.

status, officij, & vocationis nostræ præcipue sicut, iustitiaque exigente èniti debemus, ut in conspectu Dei ad ejus gloriam, & honorem, hominumque appareamus devoti, (1) religiosi, peculiaresque Dei cultores, ita ut summopere gloriemur, & invigilemus, ut attente recitemus, & canamus. Hoc etenim modo si unusquisque ex parte sua munus suum fideliter exequatur, cito Dominus opem nobis feret, & auxilium, ut in hac mortali vita ejus Majestatem contemplantes in æternum ea perfruamur in Cœlis.

Ad hoc supponere debemus, neminem, qui privatim Horas Canonicas in Domo, in Ecclesia, aut alibi extra Chorum recitat, lucrari posse obventiones, aut distributiones quotidianas, (2) tenet etenim canere simul cum ceteris in Choro hora assignata, debitaque reverentia: Ob hoc Capitularibus assignatur Præbenda, seu salariū, & non ob privatam recitationem. Omnes igitur alternati canere tenentur, nullatenusque Beneficij lucrum alio modo percipere valent,

(1) Curam bale de bono nomine sit Spiritus Sanctus, cause ambulo Apostolus Paulus, & testimonium bona Conscientia habere debent Sacerdotes; ut is, qui ex adverso isti, vereatur, ubi badebat malum dicere de nobis.

(2) D. Carol. Barromeus p. tit. 38. ita ait: itaque auctoritate Concilii Tridentini præcipuum quod cum in Choro psalendum est, ipse quoque (Canonici videlicet) quantum honoris gradu ceteris prestant, tanto studiosius Psalmis, Hymnis, & Canticis una cum alijs modulantes, Dei Laudes concelebrent. S. Antoninus p. 2. tit. 9. cap. 12. Consil. Trid. (loquendo de Dignitatibus, & Canonicis) Sess. 24. c. 12. In Choro ad psalendum instituto, Hymnis, & Canticis Dei nomen reverenter, distinde, devoteque laudare. Bened. XIV. Conf. Cum Semper in Bullar. tom. 1. n. 103. ubi fusse improbat contrarias consuetudines, easque declarat corruptelas. Roma die 19. Augusti anni 1744. Idem Sum. P. in suo Brevi Dilecti filii die 19. Januarij anni 1748, pullo pasto ex Præbendi, & distributionibus facere fructus suos, atq; adeo restitutiō abnoxiōs essi, ac fore eos, qas non decantant Divinas laudes;

licet attendant, & recitent, quod alij canunt; re vera si omnes sedulo curarent canere, simulque attentos esse intentione actuali, aut virtuali, (1) vitarentur abs du-

Gg

biō

(1) Ut impigi, & alacres Præbendati ad Divina celebranda Officia convenient, perpendant, quales fuerint Sacerdotes per sex priora Ecclesiæ Secula: En tibi Specimen: Mane statim exorto sole Primam recitabant, ut Hymnus sacer innuit: *Jam lucis orto Sydere, Deo veluti primis lucis tribuunt;* Tertiā circa horam nonam matutinam, quia tunc datus est Apollonis Spiritus S. & era hora diæ tertia. *Actus Apostol.* Sextam circa Meridiem, en etenim hora Crucis fuit Christus affixus, & ad sedandum calorem noxiū concupiscentiæ, *Anfer calorem nostrum, meridie namque solis aëstus urgēt;* Nonam circa horam tertiam post meridiem, ea enim hora Christus mortuus fuit, & circa horam nonam exclamans expiravit; ob hoc iuxta Coic. 3. Mexic. pulsantur Cimbala, ut in memoriam Passiōis Fideles orent; Vesperas, ita dictas a Sydere Vespere, qui decadente exoritur Sole, ad Solis occasum recitabant, nec non quia Vespere Christus Cœna Sacrificiū instituit; completorum Monach, dum cubitum irant, recitabant, ut inquit illa verba: *Custodi nos dormientes, ut etiam hodie faciant Carthusiani.*

Noctem in quatuor partes distribuebant, vigilias agentes super grē gem dormientem: *Vigilate, & orate, excubantes super Populom ut boni Pastores, primo noctis partē, seu vigilia primum nocturnum decantabant, secundum circa medium noctis, tertium circa primum Galii canūtum; Laudes summo mane, seu circa exortum Aurora;* His adde Lectio-nes SS. Patrum, que sparīt, & longius, quam hodie siebant in Capitulo, & ex hoc fortinuntur nomen Capituli; jejunia, & unica in die confessionem quam plurimi anni diebus absque refectiuncula matutina, aut collatiuncula vespertina, ut nuna assolent; factaque comparationes laboris nostri diurni, & nocturni cum primis Dei Cultoribus, compari-ries abs dubio segniores nos esse Operarios in Vînea Domini, majo-remque erga nos esse Benignatissimam Ecclesiæ, etiamq; examplissim mu-nus nostrum adimpleamus.

In Vigilijs Nativitatis Domini, & Resurrectionis etiam nunc cer-nitor in Cathedralibus Ecclesijs species antiquioris Disciplinae, & qui plura desiderat, inveniet apud Grancolas Commentaria in Brev. Romæ a cap. 20. & per sequentia: Ermundo Martene de antiquis Ecclesiæ Ritib. tom. 3. de Horis Canonicis, & Officij Div. & Gabantio tom. 2. Sess. 4. & cap. 13. Ex his igitur colliges, Canonicos (sive a Regula, seu Canone denominantur, vivebant etenim sub Regula SS. Hieronymi, & Augustini, antequam Seculares redderentur, quam plures Hispanorum Cathedrales, sive a canendo) debent non solum corpore, ut Marmora, & Calumnas, sed etiam animo, corde, & opere Choro in-

te.

bio plurimi defectus, qui communiter notantur in Choro: Idecirco oneramus super hoc conscientiam Prædentalis, eumque jubemus, assiduo invigilare quieti, & silentio in Choro, ut Divina Officia peragantur ea, quæ decet, reverentia. Et ne aliquis supra dicta transgrediat, sequentes Regulæ observabuntur.

I. Nullus in Choro, in stallo, ante, vel post Faldistorium colloquatur, dum Divina Officia celebrantur; qui si admonitus fecus fecerit, multetur a Præsidente amissione unius puncti; & si contumax fuerit, augeatur pena juxta contumaciam.

II. Nulli fas sit loqui de uno Choro ad alium, natus, ac signa facere, (1) nec mittere Nuntium, sub pena unius puncti, solum namque licetum erit aliquid circa Divinum Officium modesta interrogare eum, cui competit respondere.

III. Penitus e Choro exterminentur Joculationes, scurritates omnes, & quilibet gestus ad risum provocantes, præcipue eum, qui canit Capitulum, Orationem, Lectionem,

Epi-

teresse, psallere Domino, laudare nomen ejus, & addiscere cantum, ut præcipitur Clericis in Cone. 3. Mexic. Parum enim consciæ sunt Ritus Ecclesiastici, qui Præbendatos immunes a cantu judicant, quia Cathedrales habent dexterissimos Chori Ministros, hoc namque est ad maiorem decorum, ad facultus Chorum regendum, & denique majorem peritiam cantus requirendam in Cantoribus, & Musicis, quam in Canonice, in his namque sufficiet scire cantum eorum, quæ recensentur in hac Constitutione, & ulterioribus.

(1) De Functionibus Ecclesiasticis, & de modo eas in Choro exercendi agit Bauldrī p. 2. cap. 1. & Seq. in Rubricas, & ibi invenies quam plurimas ex his Constitutionibus apprime descriptas. Concil. Florent. 22. celebratum anno 1573. Canone 11. In Dignitatibus, aus Canonis etiam constitutionibus: in Choro proprijs quique sillis confideant, concordi voce, & corde psallant simul omnes, :: privatum officium non recident, litteras non legant, non obstant, non colloquantur.

Epidotam, Evangelium, aut quancumque aliam partem Officij Ecclesiastici, sub pena quatuor punctorum.

IV. Cuncti obediant Præsidenti in Choro, & qui contra fecerit, amittat obventiones Horis illius diei assignatas.

V. Assurgere debent omnes, & discooperto capite esse semper ac dicitur *Gloria Patri*, (1) nec non dum canuntur Capitula, Orationes, Antiphonæ, Hymni, & Cantica *Nunc dimittis*, *Te Deum laudamus*, *Benedictus*, *Magnificat*, ad *Introitum Missæ*, *Kyrie*, *Gloria*, *Credo*, *Evangelium*, *Sanctus*, & *Communio*. Quando proferatur Sacrosanctum Nomen IESU, aut Beatissimæ Virginis MARLÆ, omnes sub præcepto caput debent discooperire.

VI. Si quis, dum canitur Evangelium, gradiatur intra Ecclesiam, illico gradum sistere debet, Capiteque discooperto non potest de loco moveri, usquequo Evangelium finiatur, (2) excepto casu quo quis fuerit a tergo Chori, sub pena unius puncti.

VII. Omnes in Choro canere teneantur, (3) & si aliquis

(1) S. Damasus Papa instituit, ut in fine eujuslibet Psalmi dicatur *Gloria Patri*, in honorem Sacratissimæ Triados; est igitur specialis actus Laetitia, & reverentia assurgere, stare, sistere gradum, aut discooperto capite esse, dum canuntur omnia, que referuntur in hac constitutione, jureque merita adjicere illo verba: *Bonus es tu, justus es Domine, Benedictus es Domine*. Psalm. 118.

(2) Haec constitutio exactissime etiam observatur in Ecclesia Tolerana a primis ejus incunabulis, in ea enim quasi absursum manere debet, qui gradiens per Ecclesiam audire canere Evangelium, statimque silit, quando ipsis Redemptoris nostri verba proferuntur.

(3) Omnes laxitudines opinandi penitus delevit haec constitutio, nec aliam hucusque perlegi clariorem, breviores, & omne dubium dispensantem: Videbis Clericatum de Beneficijs discordia 67. Canamus igitur, & proclamemus cum Angelis *Sanctus*, *Sanctus*, *Sanctus*, cum David ore nostro: *Ad ipsum ore meo clamavi*, septies cum eo Laudes dicamus Deo: *Septies in die laudem dixi tibi*: Ipse enim etiam medium nocte surgebat ad confitendum Domino: *Media nocte surgebam ad confitendum*.

Ordo servandus in Choro:

quis siluerit, Praesideins eum admoneat ad suum munus adimplendum, & inobediens mulctetur in ea Hora, qua defecit, præter casu infirmitatis cunctis notæ. Quando Præcentor, aut Succentor quidquam in Choro canendum commendaverit, cito, & sponte fiat, & qui contra fecerit, aut deviaverit a tono Præcentoris, aut Succentoris ei præintonato, (1) puniatur amissione unius puncti.

VIII. Dum celebrantur Missa major, Tertia, Sexta, & Vesperæ, nulli licet progredi in Ecclesia ante Chorum, semperque prohibitum est deambulationes in Ecclesia facere, ad foræ Ecclesiæ stare, aut circa Altaria, ubi Missæ privatæ celebrantur, deambulare, sub pena unius puncti.

IX. Quando Succentor solus, aut paucis adstantibus fuerit ante Falldistorium, & Praesideins de Sede sua descendenter, ut eum adjuvet, omnes idem facere teneantur, (2) sub pena unius puncti.

X. Non licet in Choro litteras, aut libros legere, dum Divina celebrantur Officia, nec privatum recitare,

fitendum nomini tuo. Moyses etiam, Dux Populi Israel post transiit maris rubri cantavit: *Cantemus Domino.* Quare si in Lege veteri Hymni, & Cantica cum laetitia Deo perforebantur, æquum non est, Canonicos, praefontiores Ministros in Lege Gratia obmutescere.

(1) Cantus Gregorianus appellatur firmus tam propter firmitatem punctorum, Clavis, & toni, quam propter mellodiam, provenientem ex conformati omnium voce; qua propter, quando aliquis a tono Succentoris deviat, Kachophoniam causat, deformitatem, & dissoniam: Ob id que omnes uno ore, uniformiter, eodem in tono, & sequendo intonationem, & pausationem Succentoris canere debent.

(2) Praesideins representat Personam Christi; Chorus significat Coenaculum, ubi Dominus cum Apostolis Pascha fecit; assistentes Choro vicem obtinent Angelorum, qui sunt Ministratorij Spiritus, & sponte faciunt voluntatem Dei. Dicitur Chorus a Chorea, seu corona, ad cuius formam etiam nunc sedent Canonici in Italia.

Ordo servandus in Choro:

autem mire, nisi in Missa post Sanctus usque ad Calicis elevacionem, & si aliquis a Praesidente admonitus contravenerit, puniatur amissione obventionis illius Hora.

XI. Nemo ingredietur, aut egredietur per portam principalem Chori, nisi ante ceptum, seu finitum integrum Horarum Officium, vel comitetur Praelatum, vel exeat ad celebrandam Missam Conventualem, vel Cappa pluviali sit indutus, vel comitetur Hebdomadarum, vel ad deferendum signum, vel ad aliud quodcumque Chori, vel Altaris ministerium, sub pena amissionis illius Horæ.

XII. Hebdomarius, sive sit Dignitas, sive Canonicus Chorum primus ingredietur post sonitum Cimbali, nec incipiat Horas, seu intonet, usquequo accense situs Candela in Altari majori, & signum factum cum Cimbalo Chori. Qui antea cœperit, amittat distributionem Horæ; similiiter si incoepit, antequam sufficienes Chori Ministri advenerint, sub eadem poena. Et ne ulla mora fiat, statuimus, Capellanos, Succentorem, & Chori Ministros ingredi Chorum debere cum ipso Hebdomadario, & amittere obventiones Horæ, si finitus sit Hymnus Beatissimæ Virginis, aut Horæ principalis.

XIII. Qui ingredietur Chorum post *Gloria Patri* primi Psalmi (1) (dum non recitat Officium Beatissimæ Virginis MARIE) & qui ingredietur post *Gloria Patri* Horæ principalis usque ad *Alleluia*, seu *Lauda tibi Domine*, quando recitat Officium Parvum, amittat distributionem illius Horæ. Ceterum hoc non prodest ijs, qui sunt intra Ecclesiam, consultoque, & ex malitia sedent.

(1) Quis facit opus Dei negligenter, maledictus a Deo vocatur; eadem mensura, qua mensa fuerimus, remitteretur nobis, & qui parce seminat, parce & meret, & qui seminas de Benedictionibus, de Benedictionibus & metet.

122 *Ordo servandus in Choro.*

121
dentes, aut colloquentes, expectant præfinitum tempus
ad lucrandas obventiones, nullatenusque ingrediuntur,
quousque id temporis præterlabatur.

XIV. Ingressus Chorumi recta via pergit ad suam Se-
dem absque ultra mansione, seu colloquione cum ijs, qui
sunt ante Faldistorium, aut Sedibus inferioribus, sub
poena amissionis flora.

XV. Nullus ad Sedes inferiores descendat ad collo-
quendum; sed tantummodo ad canendum ante Faldi-
storium, sive id quod ei fuerit injunctum, ad canen-
dum *Pretiosa*, (1) *Responsiorum*, seu aliud quidquam ei
commendatum, sub pena unius puncti.

XVI. Qui erraverit subvertendo, aut invertendo Capi-
tulum, aut *Orationem*, amittat distributionem illius Ho-
rae: Qui negligens fuerit in recitando, seu canendo Capi-
tulum, *Orationem*, seu quamlibet aliam rem, sibi a Suc-
centore, vel Hebdomadario commendatam, (2) aut sua
negligentia culpabilis defectus extiterit, mulctetur amissio-
ne illius Horaæ. **XVII.** Iti-

(1) Iterum commendat obligationem canendi, & quedam cum
Succentore praesertim, & hic recordari libet quod Canosici Par-
iensis Ecclesie, & Ceterarum Gallie Cathedralium olim obserabant,
& que fuerit eorum disciplina. Primo: Clericos, & Canonicos omnes
remintasse Patrimonio suo, acque vestes in communione habuisse. Secun-
do: Eodem loco, sive Claustro prope Ecclesiam conclusos fuisse, quo
aditus mulieribus negabatur. Tertio: In eodem omnes Dormitorio cu-
basse. Quarto: In eodem Refectorio in communione confusivisse.
Quinto: Plures altos Monasteriorum mores servasse. Sexto: Superpel-
licium ad talos usque descendens gestasse. Septimo: Cappam anterius
clausam gestasse. Octavo: In Ecclesia cecinisse.

(2) Quilibet Prebendatus tenetur officium suum exacte adim-
plore, & agnoscere hanc eandem obligationem Imperator Justinianus re-
scribens ad Taberium Praefectum tit. 5a. c. de Episcopis, & Clericis.
Sanctus Ambrosius canendi morem invexi in Ecclesiam Mediolanen-
sem; etiam reperitur in codice manuscripto miraculorum S. Genovefae.

123 *Ordo servandus in Choro.*

XVII. Idem punctetur amissione distributionis duorum
dierum, qui omiserit celebrare Missam majorem, sive
quia sit Hebdomadarius, vel quia ei sit commendata, &
acceptata celebratio: Idem intelligendum est de He-
bdomadarij Diaconis, & Subdiaconis.

XVIII. Ille, qui omiserit facere, vel per se, vel per alium
quodlibet Officium sibi in tabella Chori præscriptum,
duobus punctis mulctetur.

XIX. Hebdomadarius, vel is, cui commendaverit, ad
induendam Cappam, sive ad Missam, seu ad Vesperas,
eam induere debet ante Introitum Missæ, vel finita Nona
ad Vesperas; alioquin si per se, vel per alium facere
neglexerit, duobus punctis mulctetur.

XX. Deficiente Hebdomadario Missæ, Evangelij, Epi-
stole, aut Cappæ, tunc Præfens alijs commendabit,
& si quis justa causa deficiente se excusaverit, mulcte-
tur quatuor punctis.

XXI. Si Decanus fuerit Hebdomadarius, & absens fue-
rit, in ejus locum succedat Cantor: Si Cantor fuerit
absens, in ejus locum succedat Thesaurarius, & his de-
ficientibus, iterum succedat in locum eorum Decanus.
Si Dignitates unius Chori absuerint, transeat Hebdo-
madarij Officium ad alium Chorum ordide superscripto,
idemque observetur in Choro Archidiaconi.

XXII. Canonico antiquiori absente, in ejus locum suc-
cedat.

Venantius denique Fortunatus, Episcopus Pictaviensis sic ante mille
annos cecinit lib. 16. Carmine 30.

Celsa Parisiæ Cleri reverentia pollens
Ecclesie genium, glorie manus, honor;
Carmine Davidico Dioina Poemata pangens
Curibus assiduis dulce revolvit opus.

124 *Ordo servandus in Choro.*

cedant Canonici illius Chori ordine suo usque ad ultimum, & si postremus absens fuerit, iterum in ejus locum succedat Canonicus antiquior: Deficiente Canonico transeat Hebdomada ad alium Chorum incipiendo a modernioribus.

XXIII. Dum dicitur Officium parvum B. MARIE (1) omnes stent ericti capite discooperto. Et ordinamus prefatum Officium parvum debita pausatione, reverentia, & gravitate recitari debere sub pena amissionis Horæ contra inobedientes Præsidenti.

XXIV. Psalmi cani debent alternatim (2) cum pausatione competenti in medietate Versus, nec unus Chorus incipiat, quousque in alio Versus finiatur; & ad hujus observantium Succendor monere debeat defectus, & præcipue Præsidens jubere, ut cuncti tonum Succentoris sequantur, sub pena amissionis Horæ, si admoniti,

XXV. non ita fecerint.
Parochi juxta Erectionem (3) affilere Choro debent omnibus diebus ad Vespertas, Missam, & Processiones, tam intra, quam extra Ecclesiam, alioquin punetabuntur, nisi exercitati, seu occupati sint in aliquo ministerio Parochiali, quod dilationem non patiatur.

XXVI. Ne-

(1) Recitationem Officij parvi B. Marie institutam anno 1056. a Petro Damiani Cardinale afferit Baronius, & reperies apud Gavahum tom. 2. Sectione 9. in Appendice. Ea obligatione S. Pius V. intra Chorum, non extra, Clericos ligari decrevit.

(2) Alternantes concrepando metos damus vocibus, mutuo nosmetipos excitantes.

(3) Hoc servari non video, non sine magno dolore propter quasdam contentiones, que jure merito lopiri deberent; Cathedralis namque Ecclesia est omnium Matrix, & Magistra, & licet Parochi, suo Pastorali ministerio intenti, quibusdam tantummodo sollemnioribus diebus assisterent, consuetaneum era, ut hic verutissimus mos in nostra Ecclesia observaretur, ut in unum confluant Corpus Ministri Domini.

125 *Ordo servandus in Choro.*

XXVI. Nemo e Choro exeat absque licentia Præsidentis, justaque de causa sub pena amissionis Horæ. Nec ut iuste cause considerari possunt negotia ordinaria, (1) quæ finita Hora expediri valent: Excipiuntur corporis necessitudines, dummodo nec mora fiat in Sacristia, aut alio in loco, vel deambulando, sub pena unius puncti.

XXVII. Qui habita licentia e Choro exierit, redire debet ad orationem, & adesse majori parti Horæ, videlicet, si continet tres Psalms, adesse debet duobus, si quinque, adesse tribus, si tres nocturnos, adesse duobus sub pena amissionis Horæ.

XXVIII. Is, cui ex Officio, aut alterius commissione, aliquid in Choro incumbat, si absuerit, non commendans alteri suum ministerium, amittat obventionem Horæ.

XXIX. In matutinis, quando canuntur, qui ingrediantur post Invitatorium, & Psalmum: Venite exultemus cum Gloria Patri, amittat eorum distributionem, si vero intonentur, qui ingrediantur post primum Nocturnum, nullatenus lucretur; si unus tantum dicatur Nocturnus, ante Te Deum laudamus ingredi debet.

XXX. Qui non adfuerit Missæ majori, auittat Tertiam, & Sextam, licet in eis præsens fuerit: (2) Qui præsens

ii

Ter.

(1) In Ecclesijs Cathedralibus hujus Novæ Hispanæ perexiguus est Præbendariorum numerus, ob idque aboleri debent quicunque abusus, & corruptio aduersus residentiam. Vide Concilia Mexicana, præcipue tertium lib. 3. tit. 6. de Clericis non residentibus per totum, & in fine §. 6. Itidemque declaratur, absentes in solo, aut in foro, quacumque ratione obventiones hujusmodi perciperent, teneri in foro conscientie eis presentibus restituere.

(2) Regula, que in hac Pagina apponuntur, deserviunt, ut postea declaratur, ad vitandas fraudes; non ad excusandas in foro interno defectus, qui committuntur ex malitia; Ecclesia etenim non judicat de occulis, sed solum declarat, quo tempore penas incurruant transgressores.

114 Statutorum Pars IV. Cap. X.
nū subscriptissimus, & ab infra scripto Secretario item
subscribi, sigillumque nostrum, quo in Congregatio-
nis prædictæ Litteris, & Scripturis ob signandis uti-
amur; apponi mandavimus. Romæ die xxvi. Octobris
MDLXXXIX. Ita est. A. Card. Carrafa. Laurentius
Frizolius Sacrae Congregationis antedictæ Secretarius
de mandato.

Et est signatum sigillo Illustrissimi C. Carrafa.

✠ Locus sigilli Card. Carrafa.

ORDO

115
ORDO SERVANDUS

IN CHORO
AB ILLMO. D. FR. ALPHONSO
DE MONTUFAR
PRÆSCRIPTUS.

NOS D. FR. ALPHONSUS DE MONTUFAR

Miferatione Divina Archiepiscopus Mexica-
nus, Regiaeque Majestatis a Confilijs: Reve-
rendis admodum, & permagnificis Dominis
Decano, & Capitulo nostra Sanctæ Cathedralis
Ecclesiæ, salutem in Domino nostro Jesu-
Christo, summo bono.

QUUM vehementer exoptemus debitum ordi-
nem præscribere quoad Divina Officia cele-
branda, præter eum, quem antea præstiti-
mus, præ oculis habendo Sanctam Matrem Ecclesiæ
benigne nobis alimoniam porrigere, & alere de patri-
monio (1) Redemptoris nostri, ut ei grates rependa-
mus, laudemus, & pro nobis, Populoque Christiano
(2) preces fundamus: In hoc enim decus, & honor

Ff 2

(1) Bona Ecclesiastica sunt Patrimonium Christi, pretia peccato-
rum, & Patrimonium pauperum, secundum SS. PP. Qui pauperi dat,
Domino servat juxta Crytologum. Decimæ, quibus aluntur Episco-
pi, & Canonici sunt proprie bona spiritualia, & non ex Patrimonio,
aut industria quæsta; ideoque recte denominantur Patrimonium Christi.

(2) Inter vestibulum, & Altare plorabunt Sacerdotes, & dicent:
Parce Domine, parce Populo tuo, &c. Sacerdotes sunt mediatores in-
ter Deum, & Homines: In Ecclesijs Cathedralibus, & Parochialibus
juxta Concilium Tridentinum, & Bullam Benedicti XIV. debent offer-
ri Missæ Conventuales pro Populo, & Benefactoribus.

128 *Ordo servandus in Choro.*

XXXV. Diebus, quibus Sermo fit ad Populum, si aliquis celebraverit, quando incipitur Tertia, eam lucrabitur, dummodo praesens in Choro sit ante Processionem; & si post sonum Campanæ Missam incepit, amittat Tertiam.

XXXVI. Nunquam in Missa sollempni omittatur sollemnitas *Cantatio Gloriae*,⁽¹⁾ *Credo*, *Præfationis*, & *Orationis Dominicæ*, sub pena unius puncti.

XXXVII. In Processionibus servetur modestia: Nemo cum alio Clerico, vel Seculari confabuletur, sub pena unius puncti, & si quis admonitus a Præsidente non paruerit, augeatur pena.

XXXVIII. Omnes Præbendati canere discant,⁽²⁾ ad minus ea, quæ unicuique intonare incumbit ex Officio, videlicet, *Capitulum*, *Orationem*, *Lectionem*, *Præfatum*, *Gloria*, *Credo*, *Orationem Dominicam*, *Ite Misericordia est*, *Benedicamus Domino*, secundum sollemnitatem, & Ritum Festi: Nec non in Choro præintonare *Antiphonam*, *Versum*, *Introitum*, *Alleluia*, *Graduale*, & *Responsorium*. Qui ignorans cantus Gregoriani ad supra dicta fuerit, discere teneatur intra annum, & si eo trans-

facto

(1) *Cantatio sollemnis Glorie* in Ecclesijs Cathedraibus, & Collegiatis nullatenus potest omitti diebus, quibus ad Ecclesias precipitur, licet enim primis Ecclesijs Seculis arbitrarium fuerit eam canere, aut non, & ex hoc descendit illa praxis invitandi Presbyteri ad Glorie cantum per Capite Ministros, nunc tamen non potest silentio preteriri, quia pars officij gubernandi diebus recensetur juxta Ritum, & secundum Concilium Tridentinum, tertiumque Mexicanum de Celebracione Missarum §. 2. debent observari Missale, Rituale, & Ceremoniale Romanum, & §. 7. eiusdem tituli *Hymnus Angelicus*; seu *Gloria in Excelsis Deo*, ab Angelis decantata non potest omitti diebus, quibus in Missa praescribitur.

(2) In memoriam revoca superius allata, & facilissime dirimes nos, qui difficultatum hoc temperamento adhibito ab Ilmo. D. Alfonso Montufar, nihil de novo statuente, sed sibi a Sacra Congregatione repetitum in Declarationibus, quas assert Clericatus loco supra citato.

129 *Ordo servandus in Choro.*

facto non didicerit, amittat decimam partem sue Præbendæ, eique alter annus prorogetur eadem obligatione; transfacto anno, amittat octavam partem, & sic deinceps proportione servata augeatur pena.

XXXIX. Præbendati, qui odio, & prava voluntate non se mutuo salutaverint, nullatenus lucentur suas Præbendas, quousque reconcilientur.⁽¹⁾

XL. Nullus petat licentiam per alium, sed per se, nec Minister inferior Chori per Præbendatum, Parochum, aut Capellum, nisi Præbendatus fuerit intra Ecclesiam, & commode, decenterque non potuerit petere per se, aut si expectare ad Chori initium non possit, saltum petat licentiam a Canonicō antiquiori, hicque tenetur rationem, seu notitiam reddere Præsidenti, durante Horas, quod si oblitus fuerit Canonicus antiquior, amittat Horam, qui petit licentiam.

XLI. Nullus Præbendatus, aut Ecclesiæ Minister exeat extra Ecclesiam Superpelliceo induitus, aut ambulet per Cauponas, Tabernas, aut Callas.⁽²⁾ nisi ad ministerium sibi ex Officio respondens, aut comitando Prælatum,

Kk

(1) Si offert manus tuum ad Altare :: vade prius reconciliari fratri tuo, ait Jesus Christus; potiori ratione Præbendati, qui sunt fratres, socij, & Communitati Altaris, inimicitias abscondere nequeunt, quando Pax vobis, & caecus Sacras Salutationes in Choro cunctis diebus indeferenter proferunt: Imitemur exemplum Salvatoris nostri, in cujus Nativitate Pax annunciatæ est hominibus bona voluntatis, & tranquillam ultimum Testamentum pacem reliquit: *Pacem relinquo vobis: Pacem meam do vobis:* Vido Statutorum partem 4. cap. 10.

(2) Superpelliceum est vestis Ecclesiastica, ita dicta, quia super Albam vestem pelliceum, seu pelle preciosas ponebantur, & hodie cernitur in Cappa Chorali Episcoporum, & Canonorum quarundam Ecclesiarum Hispaniarum; & cum distum Superpelliceum sit indumentum ornatum, atque magis decorum ad functiones Ecclesiasticas obsounds, ob id nullus extra Ecclesiam eo uti debet, nisi in Ministerio Sacerdotali, & Clericali.

130 *Ordo servandus in Choro.*

rum, aut recta via veniat ad Ecclesiam de domo sua;
sob poena duorum punctorum.

XLI. Punctator Chori omnia superius dicta fideliter
exequatur; & si ita non fecerit, duplo puniatur, & su-
per hoc conscientia ejus gravissime oneratur.

Prædictas Regulas, Ordinationes, & Constitu-
tiones virtute Sanctæ Obedientiæ, & sub poenis in eis con-
tentis servari mandamus in Choro hujus nostræ Sanctæ
Ecclesiæ, nec licet eas infringere, violare in toto, vel
in parte, & super hoc conscientiam oneramus Præsi-
dents, & Punctatoris, quibus eatum executionem com-
mittimus, declarantes ipso factò poenas incurrire con-
trafacentes, & ut ad omnium Capitularium perveniant
notitiam, præcipimus hoc nostrum Decretum, Regulas,
& Ordinationes in eo contentas legi, & notas fieri pri-
mo die Capituli, loco, & hora consuetis, tempore, quo
Præbendati convenienter ad Capitulum juxta usum, &
consuetudinem. Et postea scribi mandamus in Membra-
nis, & apponi ei loco, ubi commode legi, ac intelligi
possint ab omnibus Præbendatis, nullusque audeat eas
inde amovere sub pena Excommunicationis majoris la-
te sententie, cuius absolutionem nobis reservamus. Præ-
terea mandamus Secretario nostra Curia Archiepisco-
pali has Regulas, & Constitutiones asservari in Archi-
vio Curia, ut constet de eorum publicatione. Mexici
die decima sexta mensis Januarij anni millesimi quin-
gentesimi septuagesimi.

Frater Alphonsus Archiepiscopus Mexicanus.

Mandato Illni. ac Reverendissimi.
Alphonsus de Ivera; do
Notarius.

131

CATALOGUS PRÆSULUM ECCLESIÆ MEXICANÆ.

PRIMUS omnium fuit D. Fr. Joannes de Zuimarrage,
Ordinis Sancti Francisci, natus Villæ de Durango in
Cantabria, professus in Conventu Deipara de Aran-
zazu; Vir sanctitate morum, Doctrina, & zelo salutis
Animarum clarissimus (ut ex Catechismo ab ipso ad instruc-
tionem gregis sibi commissi reformato comprobatur) ac propterea
ab Invictissimo Imperatore Carolo V. nominatus in Episcopum Me-
xicanum, quod onus diu constanter recusavit, nec, nisi impe-
rio superiorum compulsus, admisit anno MDXXVII. Postea anno
MDXLV. Sacro Pallio, & Archiepiscopali titulo sibi, & Successori-
bus a Paulo III. collato, maiorem in dies virtutum sublimium
splendorem proferebat. Et Deus suis votis adfuit magno miracu-
lo Apparitionis Imaginis Domini nostre B. MARIE DE GUADA-
LUPE, ei factæ die xii. Decembribus anno MDXXXI. quo celesti fa-
vore permotus extruere suis sumptibus cœpit Capellam Sanctissi-
mæ Virginis. Meritis plenus obiit anno MDXLVIII. Dominica in-
fra Octavam Sanctissimi Corporis Christi, etatis sue octogessimo,
sepultusque fuit in sua Metropolitana Ecclesia.

D. Fr. Alphonsus de Montufar, Saeri Ordinis Prædicato-
rum, natus Logiæ in Archiepiscopatu Granatensi; Sacram Profes-
sionem emitis in Conventu Sanctæ Crucis Granatensis, ubi Prio-
ris, & Sancti Officii Inquisitionis Censoris munus exercuit; ob
eius pietatem, & Doctrinam electus ab Imperatore Carolo V. ad

Kk 2

re-

132 Catalogus Praefatum Ecclesiae Mexicanae.

regendam Ecclesiam Mexicanam anno MDLI. in qua magno Ani-
marum fructu, & miranda erga egenos misericordia eluxit, præ-
fuitque duobus Conciliis Provinciaibus, primo celebrato anno
MDLV. & secundo anno MDLXV. perficit opus Capellæ Beatissi-
mæ Virginis de GUADALUPE, & post diuturnam infirmita-
tem obiit anno MDLXIX. etatis sue octogesimo, & sepultus est in
Regio Conventu Mexicanæ fuit Ordinis.

D. Petrus Moya, & Contreras natus Cordubæ, Doctoris
lauream in Sacris Canonicis in Universitate majori Salmantina
adeptus, Magister Scholarum in Cathedrali Ecclesia Canariensi,
Inquisitoris munus primum Marciæ, postea Mexici exercevit; elec-
tus in Archibispicatum Mexicanum die xv. Junij anno MDLXXXIII.
Præfuit tertio Concilio Provinciali celebrato anno MDLXXXV.
cum assistentia sex Episcoporum, & a Sixto V. confirmato anno
MDLXXXIX. A Rege Catholico Visitator generalis, hujus Nove
Hispaniae Pro-Rex, & Dux generalis fuit nominatus post mortem
Comitis Brigantini Portus vulgo Coruña; cumque in Hispaniam re-
versus fuisset ad Visitationis sue reddendam rationem, ob ejus no-
tam Regi Catholicó probitatem summi Indiarum Senatus Præses elec-
tus, paucos post menses obiit Matriti mense Decembri anni MDXCI.
& sepultus est in Ecclesia Parochiali Matritensi Sancti Jacobi.

D. Alphonsus Fernandez Bonilla, natus Cordubæ; Inquisi-
toris munus Mexici obtinuit, & Decanatum Sanctæ Ecclesie;
deinde ad Episcopatum Guadalaxarense electus. Visitator gene-
ralis Regni Peruani nominatus, postea a Philipo II. ad Archie-
bispicatum Mexicanum assumptus die xv. Martij anni MDXII. con-
secratus in Civitate Regiæ, Jussu Règii compulsa ad pacifican-
dos Urbis Quíensis populares tumultus, cum inde extricare se
facile nequisset, Archi-Dioecesi Mexicana non potitus, decessit in-
tra Peruvianam, & fuit sepultus Limæ in Cathedrali Ecclesia.

D. Fr. Garcia de Sancta Maria Mendoza, natus Compluti

ex

Catalogus Praefatum Ecclesiae Mexicanae,

133

ex Perillustri Ducum del Infantado pro sapientia, Sacri Ordinis Divi
Hieronymi Monachus, ejusdem Religionis Generalis, Prior Re-
galis Monasterij Sancti Laurentij in Schoraiæ, executor testamen-
ti Philippi II. Electus ad Ecclesiam Mexicanam a Philippo III.
anno MDCC, quam strenue rexist sex circiter annis. Ingentes labo-
res in reformando Clero, & Populo suscepit, præcipue ad Sedis
sue vindicanda jura, parcus sibi, largus erga alios, vere Pater pa-
uperum, & miles Christi Indorum. Obiit mense Octobris anno
MDCVII. & in hoc Cathedrali Ecclesia fuit sepultus.

D. Fr. Garcia Guerra natus Frometta Diocesis Palenti-
ne Sacris Ordinis Predicatorum, habitum suscepit in Conventu
Vallispletano Sancti Pauli, ubi Prior, & Magister Provincie. Elec-
tus ad Ecclesiam Mexicanam a Philippo III. die xx. Octobris anni
MDCVII. & insimil Pro-Rex intitulatus, ultrausque munera par-
tes recte, ac feliciter expletiv usque ad annum MDXII, quo obiit
ex casu quodam, & currus prædictio, cui reparando impar fuit
omne remedium, ob lesionem jecoris, & unius costæ inde
contractam, defuncto duplicita funera impensa sunt, ut Pro-Rex,
& Archiepiscopo. Jacet in hac Sancta Metropolitica Ecclesia.

D. Joannes Perez de la Serna hatus Corberæ in Diocesi
Conchensi, prius Alumnus insignis Collegij Seguntiensi Sancti An-
tonij, postea majoris Sanctæ Crucis apud Vallispletum, in cuius
Academia Durandi Cathedram moderatus est; Canonicus Magistra-
lis Sanctæ Ecclesie Zamorensis, electus ad Ecclesiam Mexicanam
die xv. Januarij anni MDXIII a Philippo III. quo in munere, ut
vigilansissimus Pastor a Summo Pontifice fuit litteris commenda-
tus; erga Pauperes beneficus, oves suas verbo, & exemplo pase-
bat. Suo tempore translatum fuit corpus V. Viri Gregorij Lopez
Matritensis mille titulis colendi, & dignissimi ob excellentiam vi-
tae, ut ab Ecclesia, ejusque Summo Pastore Sanctorum fastis ad-
scribatur; Sermonem fecit in festo Canonizationis Seraphicæ

L1

San-